

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Patria. Giangagara vil-  
la. Monasterium  
Vision Christi  
praeter hominē  
nulli animalium  
fas ingredi.

locos natales difficulter provenit, & licet diligen-  
ti cura in locis frigidioribus & à radijs solaribus  
remotioribus colatur,  
non tamē eam quam in  
regionibus calidis habi-  
tus et qualitatis perfe-  
ctionē sortitur, sed hu-  
milis ut plurimum &

Morion.

strigosus persistit. Quanquam vero plures Viri  
eruditione insignes, eum in Insula Morion (quae  
vna est ex Fortunatis) ad arboris altitudinē ado-  
lescere tradiderint: in Aethiopia tamen circa mo-  
nasterium Vision Christi proceritate atq; vberta-  
te praecellit, & quidem statura humana duplo cel-  
sior exurgit: ibique loci mulorum gregibus (qui  
in regione ista, praecipue vero in villa dicti Cae-  
nobij quingentis ab eodem stadijs nomine Gian-

Aethiopia.  
Vision Christi  
monasterium.  
Africa.  
Garamantarum  
regio.  
Apulia.

gangara, frequentes aluntur) in pabula miscetur.  
Nam nec Asinis nec ulli animalium viuentium,

Cænobiū illud ingredi  
vel propius accedere  
cum liceat, Ideo quic-  
quid pecorū ad Cæno-  
biū spectat, illud omne  
dicto loco nutritur, et


SIGNATURA GENERALIS.



QVAM capite octavo & nono osium corporis  
masculi & feminei mentionem fecimus, eam quo-  
que earundem partium hoc loco repetimus: ita ta-  
men, & signaturam istam ad corpus puerile (cum  
nec membrorum eius eadem sit durities nec plantae  
robur simile) accommodatam & relatum velimus.

praecipue Asini hac herba pascuntur: ut hoc modo  
Plinius lib. 24. cap. 1. non frustra scripserit, Feru-  
las Asinis in pabulo gratissimas, caeteris vero iu-  
mentis praesentaneo veneno. Reperitur in Affrica  
in Garamantarum vicinia, frequentius vero &  
vulgarius in Apulia: in Germania Hominum sal-  
tem rei Herbariae studiosorum diligentia plerisque  
in hortis plantatur.

FORMA, CONSTELLATIO, QUALITAS.



Caulis.

Genicula vagi-  
nulis obducta.

Herba.

Flores.

Semen.

Qualitas  
Radiceis,  
○ viij.  
○ iij. } part.  
○ ij.

Germen radiceis  
spongiae terebris  
similitudine.

RADIX ex qua planta haec fruticosa pro-  
greditur, crassa est, oblonga, recta, & ferè gran-  
dioribus Foeniculi siue Pastinacae similis, colore in-  
ter luteum & candidum media, graue olens quo-  
dammodo, acris, & raro fibrarum exilium capilla-  
mento hirsuta: intus succo abundat, reliqua soli-  
diuscula existit: cortex durus & tenuis in rugas  
tenuis contractus spectatur. Ex hac itaque mense  
Aprili ferè, primo oblongum cymatum in conum  
fastigiatorum germen, quale videlicet apud nos

ex caulib<sup>9</sup> brassicae frigore hyemali defunctis pro-  
dire visitur, emergit: in vetustiore quidem quan-  
titate maiore, iuuenula vero minore, & quidem  
praeter magnitudinem, spongiae siue fungi Cerui-  
ni, quem Germani Hirschbrunsi nominant, simili-  
tudine, tactuque inter durum & molle medium  
obtinente: id deniq; antequam caulis altior exur-  
gat ressecatur. Caulis geniculatus, siue nodis qui-  
busdam per intervalla interstinctus, durus, ligno-  
sus, concavus, & medulla candicante infarctus  
spectatur: genicula vero eius singula tenui quo-  
dam reticulo seu vaginula arundinum exemplo  
obducuntur, eque sui & corticis lignosi sinu interio-  
re, folijs cum mollitie insigniori eleganter viren-  
tibus, & feniculi (nisi quod latiora & crassiora  
sunt) similibus, circumquaque conseruntur. Um-  
bellas verticillo densiore radiatas & floribus sub-  
luteis (excepta eorundem cum capitulis quantita-  
te maiore) ad Anethi propius aspirantes, non so-  
lum ipse medius & grandior, sed etiam stolonum  
aliqui produciunt: idq; in locis quibusdam calidio-  
ribus & humidioribus ineunte Maio, in frigidio-  
ribus vero & siccioribus sub exitum Iunij. Flores  
defluentes semen fuscum & latum, Foeniculiq; aut  
Anethi magnitudinem excedens comitatur. Plan-  
tae integrae ex caelesti trium Planetarum, Solis ni-  
mirum, Lunae & Veneris in hac inferiora im-  
pressionem atque influxu, media quaedam virium  
inter duas priores efficacia collata esse deprehens-  
ditur. Radix enim imperium Solis sustinet parti-  
bus septem cum dimidia, Veneris tribus, Lunae  
sesqui-